PHILOSOPHISCH-THEOLOGISCH-MEDIZINISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Stams, Wende 15./16. Jh. datiert u.a. 1507 Seite 94r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31300
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



tius turpiloqui sint quam olim fuerint
impudici. Qua re quid esse potest execrabi-
lius monstrosiusque. Alterum. Vt si forte
contigerit te singulari fauore diuino resi-
piscere. Maximo animi dolore. Summis labo-
ribus plurimis lachrimis breuis illa fugitiua
voluptas expianda sit. Quanto igitur con-
sultius omnino non admittere virus volup-
tatum carnalium quam vel in tam de-
ploratam induci cecitatem vel tantillam
eam quoque falsam delectatiunculam tanta
molestia dependere. Tam vero et a persone
tue circumstanciis multa licebit sumere
que te a voluptatibus auocare queant. Sacer-
dos es cogita te totum diuinis rebus conse-
cratum esse. Quam indignum tandem
flagitium sit eo ore quo corpus illud adorandum
sumis putidam scorti carnem contingere.
Iisdem manibus quibus ministrantibus Ange-
lis ineffabile illud misterium peragis ab-
ominandas contrectare sordes. Qua in non
conueniant idem corpus eundem spiritum
cum deo fieri. Et unum corpus fieri cum
meretrice. Si doctus es tanto generosior. Deoque
similior animus tanto hac contumelia in-
dignior. Si nobilis si Princeps. Quanto flagi-
tium conspectius tanto offendiculum grauius

Semper intenditur

A circumstancia Persone sumpta quia sacerdos

Apostolus i ad Chor. 6

Doctus

Nobilis